Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



EXO

mercos suos. fecerunt qz filii israel sicut
precepat moyses. et petierunt ab
egyptiis. uasa argentea et aurea
nedum qz plurima. Dedit autem
dominus gratiam populo coram egy
ptiis ut commodarent eis. et spolia
runt egyptios. Profecti qz sunt filii
israel de rameses in sochot. sexcen
ta fere milia peditum uirorum
absq; paruulis et mulieribus. Sed et
mulitudo promiscuum in numerabi
le ascendit cum eis. Oues et armen
ta et animalia diuisi generis multa
nimis. Coxerunt qz farinam qm
dudum conuersam de egypto tu
lerant. et fecerunt subcinericios
panes azimos. Neqz enim potuerant
fermentari cogentibus egyptiis et
mullam facere sinentibus moram.
nec pulmentum quidqm potuerunt
parare. Habitacio autem filiorum israel
qua manserunt in egypto fuit q
dringentorum xxx. annorum. Qui
bus expletis. eadem die exercitus e
ouans de egypto. Nocte ista est seruanda ob
uabilis domino qm eduxit eos
de terra egypti. Hanc obseruare de
bent omnes filii israel in generaci
onibus suis. Dixit quoqz dominus
ad moysen et aaron. Hec est ordinatio
phase. Omnis autem alienigena non
comedet exeo. Omnis autem seruus
emptitius circumcidetur. et sic come
det ad uesca. et mercenarius non edet
exeo. In una domo comedetur. nec
efferetis de carnibus eius foras. ne
os illius confringetis. Omnis cetus
filiorum israel faciet illud. Quod si
quis peregrinorum in uiam uoluerit
tendere colonam et facere phase do
mino circumcidetur primo omne
masculinum eius. et tunc ite cele
brabit. erit qz sicut indigena terre
Si quis autem circumcisus non fuerit
non uescetur exeo. Eadem lex erit
in indigene et colono qui peregrinatur
apud uos. fecerunt filii israel sicut p
cepat dominus moysi et aaron. Et
in eadem die eduxit dominus filios
israel de terra egypti. per turmas suas.

Factus qz est. XIII
dominus ad moysen dicens
Sanctifica mihi omne p
morgenitum quod aperit uulua in
filiis israel. tam in hominibus quam
in iumentis. mea enim sunt omnia.
Et ait moyses ad populum. Memen
tote diei huius in qua egressi estis
de egypto et de domo quoniam ser
uitutis. quoniam in manu forti. e
duxit uos dominus de loco isto. Vt
non comedatis fermentatum panem
Hodie egredimini mense nouarum
frugum. Cumqz te introduxerit do
minus in terram chananei et ethei et a
morrei et euei et iebusei. qm iurauit
patribus tuis. ut daret tibi terram
fluentem lacte et melle celebrabis
hunc morem sacrorum mense isto.
Septem diebus uescetis azima et
in die septimo. erit sollempnitas
domini. Azima comedetis septem
diebus. Non apparebit apud te a
liquid fermentatum. nec in cunctis
finibus tuis. Narrabis qz filio tuo
in die illo dicens. Hoc est quod fe
cit mihi dominus quando egressus
sum de egypto. Et erit quasi signum
in manu tua et quasi monimentum